



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

39. Drachterus iterùm Hagæ. Tractatus cum Sueciâ minatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

qua exin Imperio Romano imminere  
visa sint, tempostivè propulsandis. Ne  
Confederati Belga aut quissiam alter  
varie id interpretentur, certos se velle,  
advenisse militem illum ad nullius offen-  
sionem, sed sui duntaxat Principatus  
tutelam. Quâ in re eâ pariter mode-  
ratione se usurum, ut omnis etiam of-  
fensa occasio & iustioris querela causa  
procul foret.

Priusquam ita Legionum adventus Reip. 39.  
significabatur, Nicolaus Drachterus die Drach-  
vigesima secundâ Januarij Monasterio di-  
gressus, totusque præsidio militis urbani, iterum  
per Dioecesin ductus Hagam-Comitis in Haga.  
trârat. Eitzeno statim Monasterium re-  
deunte & paulo post à Civibus exautho-  
rato, ipse reprobata Collegæ sui importu-  
nitate & facti insolentiâ temperatiùs rem  
agit. Insinuatus faventiorum animis, ne-  
cessitates Urbis exaggerat. De eâ inva-  
lescentibus quotidie malis & Cæsareano  
nunc etiam milite cingi cæptâ actum esse,  
si non tempori succurratur. Spem quidem,  
fiduciâque omnem in Batavis positam, &  
verò contra, si ab iis desereri Cives con-  
tingat, extremis hisce, quanquam invitos  
adactum iri, alia ut consilia capebant. Non-  
neminem Bremis subsistere Steinigerum, tus cum  
qui rebus Monasteriensium intentior, Sueci Suecia  
Regis nomine cum Civitate tractet, & mina-  
Coictium apud Remp. hanc, Regis Lega-  
G g 5 rum,

tum, ipsos etiam & iis quidem conditionibus invitare quibus abundè Civium salutem consultum putent; neque de pace Regem acturum unquam, nisi pactâ simul Civitatis incolumitate. Animos verò Civium in Remp. hanc magis, quam Regem propendere; at si constantes velit, necessarium videri, ut tempestivè foveantur. Indicet, in re tamdiu deliberatâ haud ultra moras necesse oportere, sed maturato opus esse. Nihil tunc quidem poterat efficacius proferri, quo Batavorum mentes occuparet. Nec enim quidquam Resp. sic averfabatur, quam Regis eâ tempestate formidabilis potentiam, viciniâque, cui frangenda classis integrâ & partem exercitûs, Regi Daniæ auxiliares in septentrionem jam pridem destinârant. Effecit ea Monasteriensium ostentata in Batavos propensio, & Batavorum à Succis aversio, ut tantò se posthac proniorem Resp. probârit, quanto intensius Civitatem ab omni Suecorum commercio cupiebat alienam.

40.  
Batavi  
Monasteriensibus pecuniam mutuatur.

Tertio post die decernunt adeundum esse *Friquetium*, ut is autoritate Cæsaris dissidentes componat, monendûmque, non passuros unquam Ordines, ut armatâ manu Civitas infestetur, sed eo casu fore sollicitos, ut laborantibus vicinis opem ferant. Intereâ verò oportere Provincias afflictis credere eam pecuniæ summam, quam